Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dominum deum tuum. Iterum
assumpsit eum diabolus in mo
tem excelsum valde et ostendit il
li omnia regna mundi et gloriam
eorum et dixit ei. Hec omnia tibi
dabo si cadens adoraueris me. Tunc
dixit ei ihesus. Vade sathanas
scriptum est enim. Dominum deum
tuum adorabis et illi soli seruies.
Tunc reliquit eum temptator
et ecce angeli accesserunt et min
istrabant ei. Cum autem audis
set ihesus quod iohannes tra
ditus esset secessit in galyleam
et relicta ciuitate nazareth ve
nit et habitauit in capharnaum
ciuitate maritima in finibus za
bulon et neptalim. ut adimple
retur quod dictum est per ysaiam
prophetam qui ambulabat in
terra zabulon et terra neptha
lim uia maris transiordanem
galylee gentium. Populus qui
ambulabat in tenebris uidit
lucem magnam. Et sedentib;
in tenebris et umbra mortis lux
orta est eis. Et exinde cepit ihe
sus predicare penitentiam age
re. Appropinquabit enim regnum
celorum. Ambulans autem ihesus
iuxta mare galylee uidit duos
fratres symonem qui uocatur
petrus et andream fratrem eius
mittentes retia in mare erant en
piscatores et ait illis. Venite post
me et faciam uos fieri piscatores
hominum. At illi continuo relic
tis retibus et naui secuti sunt
eum. Et procedens inde uidit
alios duos fratres. Iacobum ze
bedei et iohannem fratrem eius
in naui cum zebedeo patre eor
reparantes retia sua et uocauit
eos. Illi autem statim relictis retibus
et patre secuti sunt eum. Et cir
cuibat ihesus totam galyleam
docens in sinagogis eorum et pre
dicans euangelium regni et sa
nans omnem languorem et om
nem infirmitatem in populo et
abiit opinio eius in totam syri
am et obtulerunt ei omnes ma
le habentes uarius languoribus et
tormentis comprehensos et qui de
monia habebant. et lunaticos et
paraliticos et curauit eos. Et se
cute sunt eum turbe multe de
galylea et de decapoli et de hieru
solimis et de iudea et de transior
dane.

Videns autem ihesus turbas ascendit in mon
tem. Et cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius. Et aperi
ens os suum docebat eos dicens
Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum. Be
ati mites quoniam ipsi possidebunt
terram. Beati qui lugent quoni
am ipsi consolabuntur. Beati
qui esuriunt et siciunt iustitiam
quoniam ipsi saturabunt. Beati
misericordes quoniam ipsi misei
cordiam consequentur. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum
uidebunt. Beati pacifici quoniam